



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

Parisiis, 1644

Præfatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14887

ANNO CHRISTI 465. xerunt. Sublimatus autem ecclesiastis ad solum usque destrutas, ut portuit, reparare vacauit. Erat largus in muniberibus dandis, sedulus in diuinis obsequiis, &c.

CONCILIVM ROMANVM
XLVIII. EPISCOPORVM,
sub Hilaro papa celebratum anno Domini CCCCLXV.

TITVL CANONVM.

- I. *Canones Niceni, vel apostolica fedis decretalia custodianuntur.*
- II. *Vt bigami, aut vidue, aut corrupte mariti, ad ecclesiasticos gradus non accedant.*
- III. *Vt paenitentes, aut infici litterarum, siue defectu membrorum, aut decisione aliquid minus habentes, ad superiorem ordinem non accedant.*
- IV. *Vt ea que illicite episcopus, vel successor eius ordinavit, ab eo qui superest, emendentur.*
- V. *Vt nullus episcopus sibi eligatur successor.*

P R A E F A T I O.

FLA VIO^a * Basilio & Herminero viris clarissimis consulibus, sub die decimoquinto Kalendarum Decembrium, residente viro venerabili Hilaro papa in basilica sanctae Mariæ, & ^b Maximo Taurinæ ciuitate prouincia Galliarum, ^c Ingenuo Ebredunensi, prouincia SS. Mediolanensis prouincia SS. Saturnino Auinionensis prouincia SS. Petro Portuensis, ^d Paulino Aquæuiensi, Primo Atellano, Palladio Salpinati, Gaudentio Albingensi, Sotere Neapolitano, Tiburtio Capuano, Gaudentio Scyllateno, Felice Lucensi, Eubodio Tifernensi, Eusebio Senensi, Maioriano Astensi, Iusto Fauentino, Felice Sipontino, Concordio Barino, Verano, ^e Capriano Cassitano, Ianuario Prænestino, Constantino Aquinanti, Adeodato Cumano, Prætextato Interamnino, Tiberio Curicum Sabinorum, Claudio Puteolano, Gerontio Camerino, Adeodato Veliterno, Lucifero Triumtabernarum, Crispiano Subaugustano, Romano Albanensi, Seruodei Nomentano, Florentio Clusino, Hilaro Amerino, Candido Tiburtino, Paulo Foronouano, Eusebio Sutrino, Apuleio Tarquinieni, Gaudentio An-

* Basilio. ^a co. ^b Maximo. ^c Ingenuo. ^d Eredunensi. ^e Paulino.

Concil. Tom. 9. Rrr ij

500 HILARVS CONCILIVM SEVERVS
PAPA. IMP.

tatiño , Asterio Gabinati , Proiectio Nepesino , Astero Foroiuliensi , Philippo Numanati , Gudentio * Vecconensi , Restituto & Octauio Afris : Residentibus etiam vniuersis presbyteris , adstantibus quoque diaconibus , Hilarus episcopus ecclesiæ catholice vrbis Romæ , Synodo præsidens , dixit .

ANNO
CHRISTI
465.

* Volfin.
vel Vulf.
nien.

C A N O N E S .

I.

Quoniam religiosus , sancto Spiritu congregante , conuentus hortatur , vt quæcumque pro disciplina ecclesiastica necessaria sunt , cura diligentiore tractemus : si placet , fratres , ea quæ ad ordinationum tenorem pertinent , iuxta diuinæ legis præcepta & Nicænorum Canonum constituta , ita adiuuante Domino in omne * æuum mansura fo-
tempor
lidemus , vt nulli fas sit sine status sui periculo , vel diuinæ constitutiones , vel apostolicæ sedis decreta temerare : quia nos , qui * potissimi sacerdotis * possi-
administramus officia , talium transgressionum cul-
pa respiciet , si in causis Dei desides fuerimus in-
uenti : quia meminimus , quod timere debemus , qualiter comminetur Dominus negligentiae sacerdotum . siquidem reatu maiore delinquit , qui potiori honore perficitur : & grauiora facit vitia pec-
catorum , sublimitas dignitatum .

25. qu. 1. c.
Nulli fas
fit.

Ezech. 3.
¶ 13.

II.

Cauendum ergo imprimis est , ne ad * sacra-
tos gradus , sicut gestis prioribus ante præscriptum
est , quisquam , qui vxorem non virginem duxit ,
aspiret . Repellendus est etiam quisque , qui in se-
cundæ vxoris nuptias contra apostolica præcepta
conuenit .

Dicitur. Cu-
randum est.